

Caius capellanus monialium in archidiœcesi Quebecensi, media nocte Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi missam privatam celebrat in qua sacram communionem tribuit monialibus. Hae missa finita discedunt moniales et dicitur statim secunda missa ab eodem capellano, coram paucis tantum monialibus quæ priori assistere non potuerunt, quibus datur sacra communio. Insuper Caius pro tribus missis hujus festi tria accipit stipendia. Quæritur :

1°. An licet privatam missam celebrare media nocte Nativitatis  
D. N. J. C?

2°. An licet in hac diœcesi, sacram communionem tribuere in secunda  
missa, quando sic dicitur immediatè post missam in nocte?

3°. An possit sacerdos tria stipendia accipere pro tribus missis ejusdem  
festi?

#### MENSE OCTOBRI.

Mareus sacerdos, sacris missionibus addictus, in magna populi frequentia sacramentales confessiones excepens, incidit in Sergium divitem mercatorem, alaeri ingenio praeditum, qui, cum per plures annos inter increatores protestantes et incredulos fuerit versatus, plura contra veritatem catholicae fidei audivit. Is in confessione manifestavit se aliquantum de precipiis christianæ religionis mysteriis dubitare, paroclum suum interrogasse, qui namquam potuit demonstrare, Ecclesiam cui factam esse revelationem asserunt, et quæ hec dogmata docet, infallibilem esse. In temporis angustiis in quibus versatur Mareus, satis esse putat ad absolutionem conferendam a Sergio accipere cum paratum esse omne dubium abjectere de religionis mysteriis, ubi primum sibi evidenter fuerit demonstratum ea dogmata a Deo ipso esse revelata. Quapropter Marcus sibi assunim opportuniiori tempore Sergium docere, euri absolvit. Haud multo post de hac sua agendi ratione scrupulis agitat theologum adit, a quo queritur :

1°. Quænam sit fiduci theologica natura?

2°. Quid de sua agendi ratione sentiendum?

3°. Quid modo agendum?

Caius presbyter tuncius verbis missalis quibus dicitur *Preparatio ad missam pro opportunitate sacerdotis facienda*, omissis prorsus preparationis precibus solet statim paramenta sumere, nisi aliâ de causâ sibi expectandum sit antea celebrationem; imo quoties se præbet occasio, sermones non necessarios habet dum se induit sacris vestibus, quas proinde sine respectivis precibus sumit. Post missam revertens ab altari ad saeristiam vel nullam recitat orationem vel dicit *Te Deum*. Quæritur igitur :

1°. Utrum adsit ulla obligatio recitandi preees in missali pro preparatione assignatas sive in toto, sive ex parte?

2°. An peccaverit Caius omittendo preees quæ assignantur dicendæ in sumptione paramentorum?

3°. An et quando dici debeant post missam preees in missali assignatae *pro gratiarum actione*?